

Relatio Cocincina
RELATIO
DE COCINCINA

R. P.

CHRISTOPHORI
BORRI & SOCIETATE
JESU

Ex Italico latinè reddita.

PRO STRENA

D. D. SODALIBVS
INCLYTÆ CONGREGATIONIS
ASSUMPTÆ DEIPARÆ IN DOMO
professæ Societatis JESU
VIENNÆ AUSTRIÆ.

Permissu Superiorum.



Excudebat Michaël Rictius, in
novo mundo.

Anno M. DC. XXXIII.

Malaccensem Gubernatorem gratia est, Aquilæ exportationem ei vel semel concessisse. Hoc enim ligno odorifero passim per Indiam Brachmanes & Baniani suorum cadavera exurant, ideòq; ligni mercatum celebrem faciunt.

Deniq; Cocincina divites fodinas habet omnis generis metallorum, maximè auri, quas cum reliquis quæ pluribus cum decore & omnium oblectatione expl. cari possent, brevi hoc mercatorum Europæorum, qui has terras videntur, elogio concludam. Cocincinam ex parte præstare opibus regno Cioæ, cujus divitiæ cui non notæ? Locus moneret, ut animalia, quæ magno numero in hoc regno progigni diximus, pro modo nostro describeremus. ego tamen brevitat. memor solos Elephantos & Abades præferâ, de quibus non illepida, & forte hætenus nec lecta, nec audita narraturus sum.

CAPUT IV.

De Elephanto & Abade.

Multus est in Cocincinz nemorib. elephas, sed gentis in edomando imperieiâ inglorius, & bellis inutilis manet. Cîcures è Cåbaja petuntur. Indicis hi duplo grandiores. prædum vestigia, quæ circularè formâ obtinent, diametro bipedali constant. Bini qui ore prominēt dentes eburnei operis materia, nonnunquâ decem & octo palmorum longitudinem æquant in maribus. femina in hoc ignobilior. Quantò Ele-

phanti, qui per Europam circumducuntur minores his sint, is percipiet, quicū his contulerit tres palmos, quos illorum dentes non excedunt. Est vita Elephantis diuturna. Rogatus à me Elephantis Magister de sua bestiae aetate, retulit 60. in Cambaja, 40. in Cocincina eam vixisse annos. Plura inaudita, attamen vera hic adscribam, quae ipse ego Elephantis saepius itinerans vidi & expertus sum. fructu benevole lector,

Onus commune Elephantis sunt tredecim aut 14. viri. insident illi machinae, quae non secus atq; in Europa ephippium equi dorso imponitur, & catenis sub ventre stringitur. Sūt primò in planstro eminentiora quatuor sedilia umbellâ testâ. In lateribus verò dextrâ levâq; bini ingressus patent, qui ternis scissoribus locū præbent. à tergo etiam duo scabelli aversis prominent. capiti Elephantis instat velut Auriga, Naurus Gubernator. Non solum terrâ, sed & mari in Elephantis taliter instructo iter me fecisse non sine mea admiratione contigit. Iucundum erat videre belluam tam vasti corporis sinus maris octo stadia diffusos sub onere, quod navem similitudine referebat, impigre secantem. Lassabatur tamen sensim, & anhelans ac respirationis difficultate immutationem suam virium ostendebat. Unde ad refrigerandum corpus, aquam haustam proboscide in altum more Oceanitidis balnear effundebat. Ob eandem corporis molem ægerrimè corpus in-

pos infestis furis flectit, nec nisi Nayri compulsi
imperio, neque moram aut morem ullius pati-
tur, sed mox à factâ genuflexione erectus docet,
seponenda eo temporis articulo honoris obse-
quia. Eiusdem Nayri iussu membra sua in modum
graduum componit, ut profecturi, faciliorem ad
vehiculum aditum faciat. Primum gradum pedes
non exigua altitudinis efficiunt, secundo nunc
eiusdem pedis exporrigit, tertio exhibet flexum
genu, pro quarto prominet è latere os, ex quo
beneficio catenæ è planstro dependentis se ascen-
dens in planstrum librat. Quare teste experien-
tia notantur erroris ij, qui scripta vulgarunt in-
flexibilla esse Elephantis genna, aut in ijs capien-
dis solere succidicam arborem, ad quam dormi-
turus se inclinat. Illud inficiari non possum som-
num capturum non se distendere, sed erectum in
pedes inter assiduam capitis agitationem quies-
cere sensibus reliquis.

Belli tempore demitur ex eodem vehiculo, ex
quo veluti è turriculâ rem agunt in hostem mos-
quettis, jaculis, & nonnunquam ancis tormentis
quibus portandis horum Elephantorum humeri
pares sunt. Ipse ego unum vidi proboscide ingê-
tia pondera attollentem; alterum similiter pro-
boscide anciam tormentum sat grande elevan-
tem. Vidi alium absque ullo alterius adminiculo
ordine decem minores triremes ad mare summa
dexteritate protrudentem. Illos quoque miratus
sum,

sum, qui crassas arbores cū facilitate evellabant, quā nos caules aut lacineam comminuimus, eādem facilitate domos conringunt. & solo æquā quin & viros prosterunt jussi sive ad hostem in bello evitendum, sive ad inhibendū pacis tempore incendiij cursum.

Proboscis proportionē æquat residuam quæ supereminet corporis partē, hac absq; incurvatione corporis, à terra quidvis etiam minutissimū attollere potest. Constat hæc tam utilis corporis pars ē multis nervulis inter se ita connexis, ut plicari possint & extendi etiam ad res minutissimas capiendas, & tamen, quod non immerito mirere, tam est, ut ante memoravimus, fortis & valida. Corpus vestitur pelle scabra coloris cinerei iter diurnum Elephantis sunt duodecim leucæ, quiq; elephantis motui inassueti, eam quam mari alterationem patiuntur.

Pace cū amice lector plura docilitatis elephantinæ argumenta adducam, citumq; illud: elephantobelluarum nulla prudentior: firmabo rebus, quæ prudentiam & intellectum redolent. Solest à Nayro baculo quatuor palmorum ferro & ob ansam prominentem aspero cædi, pun-
gi, atque ad imperata obsequentes reddi elephantis: verbis tamen plerumq; docuntur. Reperti sunt, qui novère tres, quatuorve linguas determinas, earum scilicet Provinciarum, in quibus ætatem triverunt. Is, quo videbar, Combajanam & Co-
cina-

cincinensem callebat. Quem enim vero non teneat admiratio, aut potius, nisi experientia aliud diceret, quis amicum non diceret Gubernatorem, quo, qua gradiendum, ubi interquiscendū, que occurrura domicilia, & reliqua quæ ad iter pertinent accuratè belluam edocentem? illa dictorum tenax partes suas ita ad amulum exequitur, ut hominum ratione prædictorum nemo melius. Ubi de viæ termino edocta est, neglectā communī, viā brevissimā per avia & devia, sylvas, montes, flumina procedit. Objecta flumina aut transuat, aut tranat. occurrentes sylvas proboscide aut solâ, aut faleæ præcutit ad id è curru pendente cedit, evellitq; celeritè & spaciosè. Unde obvium est posse, quā elephas transierit. Solam in tali itinere spinam sollicitus cavet, ne quā teneram plantam offendat. Cum septè elephanti cōsociati aliquando me præsentē iter emittirent, moniti sunt singuli à suis Gubernatoribus sub arena occurrente mille passuum decursa spinas delitefcere. ad eam vocem certatim demisère caput, & oculati eorum more qui quidpiam minutum perdididerunt, singulorum vestigiorum fundamenta toto milliari perlustrarunt, quosdusq; de superato periculo moniti caput sustinère & processère solito gradu. Sub vesperam è diversorio in proximū nemus Nayris mittentibus ephippiati abierant; me cur non deonerarentur rogāte responsum est, eos ad pascua itantes ut arborū

ramos ad libitum sibi demerent, instructos ante nominatis securibus è curru pendulis dimitti debuisse. Sequenti vespere cum ad manum sylvæ non essent, à Nayris procuratae frondes in pabulam cedere. Spectaculum præceteris unus mihi jucundum exhibuit, nam ubi proboscide arreptam frondem ore applicuisset, ita dexterè eam dentibus decorticabat, & expeditè avidèq; absumebat, ut nemo hominum sicum melius aut quemvis alium fructum. Narranti deinde mihi, ut fieri amat, in corona fere virorum viginti oblectationem, quæ elegans elephantum illius in comedendo dexteritas pepererat; mox Nayrus jussu domini elephantum, cum aliquantum à nobis distantem alia voce evocavit nomine proprio, quod erat, Gnin. Sustulit Gnin sine mora caput excepturus imperium. Reminiscere, inquit Nayrus, adventus illius Patris, qui te die hesternæ comedentem cum admiratione est contemplatus. Tu modò frondem hesternæ similem cape, & quod heri, id hodiè ei spectaculum rursus exhibe. Vix verba compleverat Nayrus, & ecce elephas fronde instructus in conspectu adfuit, neq; ex omnibus selecto, quod proboscide gestabat, visendum expartigit, dein cortice nudatū ut pridie absumit, demū profunda adgeniculatione me veneratus, velut sidibundus & inter lacrimæ signa festinus abscessit, me si quando unquam, tunc vel maxime stupore defixo, nec satis capiente eam bellæ capacitatem.

Nay-

Nayrum & herum si excipias, nulli parer elephas. duobus illis fas est & impune bellæ insili-
re, quisquis alius inscendere ab ea conspectus est,
de vita periclitatur. solet enim tū bellæ probos-
cide vehiculum sibi detrahere, & sessorem pro-
culeare. Cum igitur inscendendum est, velantur
à Nayro oculi cartilagine auris, magnæ quidem
sed vehementer deformis. Si quādo in obsequē-
do segnior est, asperrimè à Nayro super caput ere-
cto corpore stante creditur bellæ secundum frō-
tem, cæsa est aliquando me in plaustrō consili-
to, & ita intremuit ad ictus singulos qui ferè seni
sunt aut septeni, ut præcipitium pa-esceremus.
Mira tamen est bellæ patientia & in ictibus per-
ferendis constantia. Omne jugū excutit in ardo-
re libidinis, vehiculum sibi proboscide detrahit,
confringit, pedibusq; proterit una cum vectori-
bus. Tam præsens exitium Gubernator antever-
tere solet prævise bestię incentivo, caque exone-
ratâ & dimissa, quoad à furia conquieverit. post-
quam ardor abierit, facti pænitens ac veluti pud-
bunda demisso capite præsentat se verberibus,
quæ se meruisse agnoscit.

Uusus elephatorum olim in bellis erat fre-
quens, & formidabilis is habebatur exercitus, qui
greges elephatorum duceret. Verum à quo Lu-
itanis inventæ sunt quædam igneæ velut lingue,
quas in faciem elephatorum conijciunt, plus be-
stie detrimento, quam utilitatis suis afferat. ubi

eum

enim ignis oculos occupavit, impatientes ardoris in fugâ vertuntur, turbantq; ordines, & quidquid obuium est, amicû inimicum se proculcant.

Pugna est cieri elephanto cum duobus, solummodo animalibus. alterû est elephas sylvester, alterum Abada. huic plerumq; eripit, illi concedit palmam. Est Abadas corporis figurâ medius inter bovem & equâ, magnitudinem tamen æquat minores elephantos, pelle squamosâ velut cacaophraetorâ formidabilis, pyramidale cornu in fronte gerit. pes ei & ungula similes bovis. Inaudierat Gubernator Nuocmonensis Abadam visû in sylva domui nostræ proxima. Animi ergo laxandi gratiâ eo cum centum operis, & octo, decemne elephantis venatû abiit. Abadas, qui perrebat non solum multitudine territus non est, sed etiam perrupto primo venantium cuneo ad postremos penetravit. Orta est illic pugna inter Gubernatoris elephantum & Abadam. Ille proboscide corripere, sed frustra agiliter se librâ: belluam; hæc verò cornu configere latera sui hostis nitebatur. Cautus interea Gubernator captatâ occasione ita dextrè lancei latus, quo solo vulnerabilis erat Abada, fixit, ut celum à parte opposita emicerneret. Ad ruinam feræ applausus multitudinis secutus est, & ibidem extructâ pyrâ superiniectum exanime corpus. post hæc circum ætæ choreæ, sensimq; tostæ carnes à tripudiantibus abscæ. Cor, hepar, & cerebrum, regale his terris

terris ferculum, Gubernatori ludos ex editio re
loco spectanti oblatum. Ego qui festivitati inter
eram, ungulas ejusdem cum Alce virtutis, & cor-
nu periciens contra venena remedium, & unicot-
nu par a Gubernatore obtinui.

CAPUT V.

*De qualitate conditione, moribus Cocincinensium. de
modo vivendi, vestiendi, medendi.*

Cocincineses, si loquamur de maritimis, co-
lore suo olivastro similes sunt Cinensibus.
Mediterranei Turchis contermini cum
Europæis cadunt. Effigies faciei Cinica est, na-
sus compressus, oculi minuti, statura media, nec
ad parvitatem Japonicam dejecta, nec ad proce-
ritatem Cinicam erecta. utrisq; robore & corpo-
ris firmitate præstant. animi vigore superant Ci-
nenses. in vitæ contrèptu superantur à Japonibus.
sunt enim hi in periculis & contentionebus vitæ
prodigi. Inter omnes Orientis populos nullus na-
turâ asabilior Cocincinensibus. infame apud eos
quavis honoris avidos, iræ æstu abripi. Soli Eu-
ropæos non fugiunt. alij ad primum nostratiū
conspectum fugere solent; hi è contrario certa-
tim accedunt, plurima exquirunt, ad epulas in-
vitant, nihil deniq; humanitatis intermittunt.
quod cum mihi meisq; socijs evenisset, videbar
mihi in notos & familiares incidisse. Offium Evā-
g. clæo prædicando non paruum hæc naturæ faci-
litas pandit. Ex eadē provenit mira inter eos ani-
morum